



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 5. Quare solus Deus instituit Sacmenta,

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacramentis. Cap. I.* 5

*Resp.* Id facilè fiet in Sacramento Baptismi: ablutio enim Corporis exterior quæ in eo fit, est res sensibus subjecta, quia cadit sub sensibus & oculis cernitur; quæ vim habet significandi, quia præter id quod exhibet oculis, scilicet corporis ablutionem, nobis significat & repræsentat internam animæ ablutionem; quare Divus Augustinus explicans illa verba Joannis 15. *Mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis*, sic habet: *Vnde tan- ta vis aquæ ut corpus tangat, & cor abluat?*

Divus Aug.  
explicans illa  
verb. Joan-

nis 15.

*Ex Dei institutione*, quia ex voluntate divina corporis ablutio habet quod significet ablutionem animæ: *Efficienda sanctitatis & justitia*, quia in hoc Sacramento anima abluitur & sanctificatur per gratiam, statim atque Corpus abluitur aquâ.

*Quest.* 4. *Iesus Christus, quatenus homo, est-ne Sacramentorum institutor?*

*Resp.* Sanctus Thomas huic quæstioni satisfacit cùm ait: *Dicendum quod interiorem Sacramentorum effectum operatur Christus, & secundum quod est Deus, & secundum quod est homo: aliter tamen & aliter.* Nam secundum quod est Deus, operatur in Sacramentis per autoritatem; secundum autem quod est homo, operatur ad interiores effectus Sacramentorum meritorie & efficienter, sed instrumentaliter quia *Passio Christi*, quæ competit ei secundum humanam naturam, causa est nostra justificationis meritorie & effectivæ, non quidem per modum principalis agentis, sive per autoritatem, sed per modum instrumenti, in quantum humanitas est instrumentum divinitatis ejus.

D. Th. 3. p.  
q. 64. art. 3.  
in corp.

*Quest.* 5. *Quare solus Deus instituit Sacra- menta?*

*Resp.* Rationem affert Divus Thomas, quia

A iii

## 5 TRACTATUS I.

D. Th. 3. p.  
q. 64. art. 2.

virtus Sacramenti est ab eo qui instituit Sacra-  
mentum , ut patet in instituentibus leges ; cùm  
igitur virtus Sacramenti sit à solo Deo , juxta  
id quod dicitur Rom. morum 8. Deus est qui  
justificat ; consequens est , quod solus Deus  
sit Sacramentorum institutor.

Quæst. 6. Quemam fructum ex hactenus  
dictis percipere debemus ?

Resp. Observandum primò , quod ait sanctus  
D. Carol. aet. Carolus ; Quo major , inquit , & uberior est  
p. 1. Const. 1. Sacramentorum fructus , quam ut ejus vis  
De his que ad explicari facile possit , èo diligentius & inti-  
Sacrament. mā animi pietate & externo cultu ac venera-  
administrat. generatim per- tione tractanda & percipienda sunt. Et , ut  
tinent. dicitur in Canone , Omnia Sacraenta obsunt  
Canone. Om- indignè tractantibus , prosunt tamen per eos  
via. 1. q. 1. dignè sumentibus. Unde idem sanctus Carolus  
alibi sic loquitur.

D. Carol. aet. Parochus omnisque sacerdos ; cuius est Sa-  
rator. p. 4. De cramenta administrare , meminisse debet ,  
Sacramentor. sancta se tractare , omnique ferè temporis mo-  
administrat. mento paratum esse oportere ad tam sancta  
administrationis munus. Quamobrem is cùm  
aliros per Sacraenta purget atque illuminet ,  
hoc maximè studebit , ut ipse vitam purè ,  
castè ac religiosè agat , mentemque item &  
animum ab omni peccati labe purum , adju-  
trice Dei gratiâ , conservet diligenter. Qua-  
cumque diei aut noctis horâ ad Sacraenta  
ministranda vocabitur ( cùm præcipuum ejus  
munus cuius causâ à reliquo populo separa-  
tur ; ab Ecclesiisque sustentatur prater cetera  
eorum administratio sit ) nullam tam sanctis  
pietatis officiis moram interponet : imò popu-  
lum sàpè numero , prout occasio tulerit , ac-  
curate præmonebit , ut cùm opus est Paro-  
chiali ministracione atque officio , se quam  
primum & liberè accersat , nullâ habità nea